

THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS

SANCTI XYSTI, IN LIBRVM
Nechem'iae commentarij.

nahan, id est

menda censuit Erba Necho*m'iae*. Principium libri testatur & iuxta verbum tuum: on Hezdras sed ipse Nehemias fuit author pluriarum est, & natus libelli: quod etiam s̄epe ex sermone neque duorum, vñi, iemiat in prima persona inferius confit. Luxta Hebreum haec ut filii Helchia. Corruptum est vocabulare ista. Ratio redditum legendum esset filii Chachal'iae. Nec alius multitudine eotogia istius Nehemias: ut ipse tamen inferius cipes nostri in olymita fuit pincernaq; regis Persarum & magistrus duxam eo. & fallum est. Legendum esset. & fuit. interpres siquidem infinites vertit Hebraicu & sc̄laticu & factum est. Premesso autem titulo libri dicendo verba Nehemias filii Chachal'iae, subsequitur statim narratio dicitur & fuit, in mense Chislen. hoc est mense ut aiunt nono seu decimo secundum ordinem mensium anni, inchoantis a sole in ariete. anno vigesimo. proculdubio illius Persarum regis, cuius anno septimo ascenderat Hezdras: qui rex ut diximus fuit Xerxes ille nominatissimus. & ego eram in Susis castro. Luxta hebreum habetur. in Susan palatio. Descriptio tempore, narratur locus: & Susan nomine ciuitatis fuisse, liber Ester testatur. Describitur itaque quodd ipse erat in ciuitate Susan (quae erat ciuitas regia) & q̄ habitabat in palatio regis, utpote domesticus regis. Et venit ad me Chanani. Superfluit ad me. non scribitur quod ad ipsum venerint, sed dūtaxat quod venerunt. Addit autem Iosephus quod calu istos qui venerant ex Iudaea reperit colloquentes inter se hebraicē. unus de fratribus meis. hoc est Hebraicis. ipse & viri de Ichuda. Terminus à quo venit iste Chanani cum quibusdam aliis, describitur. & interrogauit eos de Ichude euasione qui remanserant de captiuitate & de Ierusalaim. videns enim nouos aduenas hebraicē loquentes, postquam interrogasset unde venerant, interrogavit eos de Iudæis qui euaserant ex captiuitate & de Ierusalem. Et dixerunt mihi: residui qui remanserunt de captiuitate, ibi in prouincia sunt in afflictione magna. Parui refert quod hebraicē habetur. in malo ma-

gno

gno & in opprobrio. nā de malo pœna est sermo. & murus Ierusalaim dissipatus est, & porta eius combusta sum igni. Ordinatus respondent, primo de populo deinde de ciuitate Ierusalem: quod videlicet perseverant duo: videlicet murus dissipatus & porta combusta, prout Chaldaei dereliquerant.

Cumq; audīsim verba ista, sed & flenti & luxi diebus multis. Superfluit multis. Infra tres menses medios vsque ad gratiā tegis crebro fletu ac luctu orauit. Et ratio tantæ tristitia fuit, quia à primo C̄yri anno usque ad tempus illud floxerant anni plusquam se, tuaginta: & miserum valde apparebat quod tanto temporis spatio libertate donati Iudei non instaurarent muros & portas Ierusalem: & ieunani & orari corā Deo celi. Et dixi: queso domine Deus celi, fortis, magne & terribilis, custodiens pacem & misericordiam. Legendum est. & gratiam. usq; s̄epe dictum est. dīc: entib; te & custodientibus mandata tua. Sit queso auris tua attendens & oculi tui aperti ad audiendum orationem serui tui, qua ora coram te hodie, die & nocte pro filiis Israēl serui tuis: & cōfites pro peccatis filiorum Israēl quibus peccauimus tibi, & ego & domus patris mei peccauimus. Vanitate seducti sumus. Luxta hebreum habetur. Destruendo destruximus tibi. hoc est quod tua sunt: verē nanq; destruxerānt peccando quod Dei erāt. & non custodiūimus precepta & statuta & iudicia quia praecepisti Moysi seruo tuo. Memento quod verbū quod mandasti Moysi seruo tuo, dicendo. Deuter. 30. vos prauaricabimini, ego diffugam vos in populos. Et revertemini ad me, & custodietis precepta mea & faciet ea: si abducti fueritis in extremitate celi, inde congregabo vos, & reducam vos ad locum quem elegi ut habitare facerem nomine mecum ibi. Sententia est clara. Et ipsi serui tuis & populus tuus: quem redemisti in fortitudine tua magna & in manu tua valida: Sub promissione diuina subsumit quod Hebrai reliqui sunt serui & populus Dei. Obsecro domine sit quaso auris tua attendens ad orationem serui tui & ad orationem seruorum tuorum volentium timere nomen tuum, & distige seruum tuum hodie. Luxta hebreum habetur. & fac prosl̄ erare obsecro seruum tuum hodie, prosperum enim successum petitionis intentæ perit. & da ei misericordia. Hebraica dictio nec gratiam nec misericordiam propriè significat, sed potius commiserationē. petitio enim quam prosperari perit coram rege Persarum, commiserationi regis intiebatur: & propterea iubungit ante virum hunc. Xerxes videlicet Persarum regem: ad hoc enim explanandum sub-

Ell iungit

iungit officium suum. & ego eram pincerna regis.

Vit autem in mense Nisan anno vigesimo Artaxerxis re-

Fgi. Hinc apparet quod tres menses fluxerunt a no-
titia quam habuit Nehemias de Ierusalem vñq; ad
tempus obtentæ gratiæ a rege Persarum quod nunc narra-
tur. nam Nisan nomen est mensis primi in ordine mensium
anni, cum luna scilicet primo opponitur soli in ariete: eodem
enim anno regni Xerxis hec gesta fuisse, manifestatur ex eo
quod eodem anno vigesimo hæc gesta scribuntur. & vinum
erat ante eum: leuauique vinum & dedit regi, & eram quasi langui-
dus. Iuxta Hebreum habetur. & non fui malus coram eo. Quod
dupliciter intelligi potest. vel de malo ægritudinis: & sic est
sensus & non apparui æger in oculis regis. vel de malo tristis-
tia: & sic est sensus & non fui solitus apparet tristis coram
rege. vterque enim sensus quadrat subiunctis.

Dixitq; mihi rex: quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum no-
rideam? non est hoc frustra, sed malum nescio quid in corde tuo est.
Iuxta Hebreum habetur. non hoc nisi malum cordis. Concludit
rex tristitiam vultus apparentem, ex cordis non corporis æ-
gritudine natam esse. & timui valde ac nimis, Iuxta Hebreum
habetur. & timui multum valde. Magnus timor causatus est
ex dubio tum mali animi regis interrogantis secreta cordis,
tum ex dubio alicuius mali eventus: puta expulsionis ab of-
ficio. Et dixi regi, rex in eternum viue: cur non esset tristis vultus
meus, cum ciuitas domus se pulchrorum patrum meorum deserta sit
& portæ eius consumpta sint igni? Hinc habetur quod Nehemias
fuit Ierosolymitanus. Et ait mihi rex, pro quare postulas? Mani-
festatur hinc benignus erga Nehemiam regis animus, offre-
rando illi petenti fiducia. & orauit ad Deum celi. Animæ quior
redditus, mentem supplicem inter loquendum leuauit ad
deum. Et dixi ad regem: si videtur regi bonum & si placet seruus tuus
coram te, mitte me in Iehudam ad ciuitatem sepulchorum patrum
meorum & adificabo eam. Dixitque mihi rex & regina qua sede-
bat. Iuxta Hebreum habetur. & regina sedens iuxta eum, usque
ad quod tempus erit iter tuum & quando reuertaris? Descriptio re-
ginæ sedentis iuxta regem interposita non frustra est, sed ad
significandum quod regina cooperata est ad interrogationem
subiunctam: puta quod suggeſtit regi ut interrogaret tēpus
reditus. Et hinc simul insinuatur Nehemiam dilectum fuisse

non

non solum a rege, sed etiam a regina. nec propter ea sequitur
hanc fuisse Ester: quoniam vt Iosephus tradit, Ester non fuis-
vxor Xerxis, sed filii eius: vt in libro Ester explanabitur. &
placuit coram rege & misit me, & constitutus est tempus, sed non ex-
pliatur temporis quantitas in litera, quanvis explicata fuerit regi. Et dixi regi: si regi videtur bonum, dñe mihi epistola ad
duces trans flumen. proculdubio Euphratis. vt deducant me do-
nec veniam in Iehudam. Et epistola ad Asaph custodem saltus regis:
Quanvis hebraicè habeatur, custodem pomari quod regi, sensus
tamen rectè redditus est: nam ligna ex saltu cædūtur pro æ-
dificiis. vt det mihi ligna vt tegere possim portas templi, turres do-
mus & muros ciuitatis & domi quam ingressus fuero. Iuxta Hebreum
habetur. ad contignandum portas palatiq; domi & muro ciuitatis,
& domi quā ingrediātur. Petit ligna ad contignationes fa-
ciendas portarū triplicis generis: videlicet portarum palatiū
apud domū Dei, & portarum in muro ciuitatis Ierusalem, &
portarum domus propria. Et quia ligna petit ad contignandum
huiusmodi portas, insinuatur q; mos erat efficere super hu-
iusmodi portas contignationes, vt essent propugnacula supra portas. & dedit mihi rex, iuxta manū Dei mei bonā super me.

Venitq; ad duces trans flumen, & dedit eis epistolam regis: miserat
autem rex mecum principes exercitus & equites: Hinc apparet q;
Nehemias erat magnus coram rege Persarum: quod etiam
subiuncta tristitia aduersiorum, testatur.

Et audierūt Sanballat Choroniæ & Tobi'la seruus Hammo-
nites: & dispuicit ei: dispuicitia magna quod venisset homo
ad querendum bonum filiis Israël. Et veni in Ierusalaim: & fui ibi
tribus diebus. Et surrexi nocte ego & vivi pauci mecum, & non in-
dicavi cuiquam quid dominus. Iuxta Hebreum habetur. quid
Elohe meus dedisset in cor meum ad faciendum in Ierusalaim: &
iumentum non erat mecum nisi iumentum super quod equitabam. Et
egressus sum per portam vallū nocte & ad faciem fontis draconis &
ad portam stercoris: & consideravi muros Ierusalaim qui erant diri-
ti, & portas eius consumptas igni. Et transi ad portā fontis & ad
aquaductum regis: & non erat locus iumento ad transcendendum sub eo.
Et ascendī per torrentem nocte, & consideravi murum: reuersusque
sum & veni ad portam vallū, & redi. dicit enim Deum in spi-
ritu eum ut restauraret muros Ierusalem: & hoc non adhuc
indicasse aliis, sed prius iuuisse nocturno tempore ad confide-
randum locum muti & quantitatem ruine.

NEHEMIAE

Magistratus autem nesciebant quo ierissem & quid ego facere. Ie-
hudesq; & sacerdotibus & optimatibus & magistratibus & reli-
quis facientibus opus, vsq; ad id loci non indicaueram. Et dixi eis: vos
videtis malū in quo sumus; quia Ierusalaim deserta est & portæ eius
combustæ sunt igni, venite & adificemus mūrum Ierusalaim & non
sumus ultra opprobrium. Et indicauit eis manū Dei mei quod̄ esset
bona super me, & etiam verba regis quæ dixit mihi: dixeruntq; sur-
gamus & adificemus, & confortata sunt manus eorum in bono.

Audierunt autem Sanballat Choroniæ & Tobi'ia seruus Ham-
monites & Gesem Harbites, & subiannauerunt nos & despicerunt
nos: & dixerunt, qua est hac res quam vos facitis? nunquid cōtrare-
gem vos rebellati? Nō esse suspicionis verba, sed irrisio, pre-
cedens narratio testatur: tam villa existimabant Iudeorum
studia ad restaurando mūro vitrificari. diceret num rebel-
lare quereris? Et reddidi eis verbum & dixi ad eos: deus cœli ipse
nos iunat. Iuxta Hebræum habetur, prosperabit nos. Directè op-
ponit irrisio diuinæ opis prosperitatem. & nos serui eius su-
mus, surgamus & adificemus. Iuxta Hebræum habetur. & nos
serui eius surgemus & adificabimus. Et effectū diuinæ opis cum
fiducia describit futurum, vobis autem. Hinc inveniatur q̄ isti
Samaritani volebāt admitti in particeps ciuitatis Ierusalem
& ædificij mūrorū eius: propterea enim excludunt à Ne-
hemia, nō est pars. Quia non est pars Israelitici populi, ideo
nō iure partis pertinetis ad Ierusalem. & iustitia. Quia à re-
gibus non fuisti misi ad habitandum in Ierusalem, sed in Sa-
maria, ideo nec iustitia decreti regij est pro vobis ad Ierusa-
lem. & memoria in Ierusalaim. Ad differentiā lebusæori (quo-
rum memoria erat in Ierusalem, quia eorum fuerat ciuitas)
dicitur quod̄ nec memoriam habet Samaritani in Ierusalem.

CAPUT III.

ET surrexit El'iasib sacerdos magnus & fratres eius sa-
cerdotes, & adificauerunt portam regis. Iuxta Hebræum
habetur, portam ouium. Sed in his nominibus pro-
priis portarum, & locorum non est hodie immo-
randum, eo quod̄ ignota sunt. ipsi sanctificauerunt eam. hoc est
mundauerunt à ruinis, & statuerunt valvas eius: & usque ad
turrim centum cubitorum. Iuxta Hebræum habetur. & usque ad
turrim Meah sanctificauerunt eam. Nomen proprium est, usq; ad
turrim Chan'an'el. Et iuxta eum adificauerunt viri Iericho: &
iuxta eum adificauit Zaccur filius Imri;

Portam

CAPUT III.

451

Porta autem pīscium adificauerunt filii Senae; ipsi texerunt eā.
Hebraicē habetur, contignauerunt eam, faciendo super eā pro-
pugnaculum. & statuerunt valvas eius, & seras ac vēctes eius. Et
iuxta eos adificauit Meremoth filius Uri'ia filii Hacoz, & iuxta
eos adificauit Mesullam filius Berech'ie filii Mesekab'el: & iuxta
eos adificauit Zadoc filius Bahana. Et iuxta eos adificauerūt The-
cohītæ: optimates autem eorum non supposuerunt colla sua in opere
domini sui. Arguuntur fortiores inter Thecohitas quod̄ re-
nuerint subiicere se ædificationi mūrorum Ierusalem. & ra-
tio reprehensionis insinuat ex eo quod̄ ædificatio mūrorū
Ierusalem erat seruitus Dei: nam iuxta Hebræum legitur, nō
adduxerunt collum suum in seruitute domini eorum, ita quod̄ non
hominibus sed Deo subtrahebant obsequium.

Et portam veterem adificauit I'adah filius Paseach & Me-
fullam filius Besod'ie: ipsi contignauerunt eam & statuerunt valvas
eius, & seras ac vēctes eius. Et iuxta eos adificauit Melat'ia Ghib-
bonites & Iacob' Meronothites, viri de Ghibbon & Mizpa: pro du-
ce qui erat in regione trans flumen. Iuxta Hebræum habetur, in
sede ducis trans flumen. Ignotum est quis fuerit dux iste trans
Euphratēm. Quod autem dicitur in sede, sumptus ex solio
ducis pro illo ædificio habitos significat. devotus enim dux
principatum habens trans Euphratēm euntribus à Ierusalem,
misit sumptus pro certa parte mūri ædificanda: & forte illa
portio appellatur sedes ducis trans flumen, constructo ibidem
palatio ipsius ducis. Nec est irrationalē quod dux iste fue-
rit Daniel propheta, aut filius eiusnam (vt Iosephus refert)
fuit magnus princeps in regno Medorum, nec est remotum
quod cum ipse non posset venire in Ierusalem, voluerit habe-
re ibidem fedem, vt vel sic tanquam præsens esset. Et iuxta
eum adificauit Hurziel filius Charha'ia aurifex, & iuxta eum æ-
dificauit Chan'an'ia filius Raccachim: & dimiserūt Ierusalaim us-
que ad murum latum. Dictione interpretata dimiserūt, sonat ad-
iuverunt. Et iuxta eos adificauit Reph'aia filius Chur, princeps
vici Ierusalem. Iuxta Hebræum habetur, princeps media regio-
ni Ierusalaim. Simile quid s̄pē in hoc capitulo repetitur, &
bis de Ierusalem. & significatur princeps mediæ territorij Ie-
rusalem: hoc est principalior inter possidentes medium pa-
tem territorij Ierusalem. Et similiter intellige cum dicitur
princeps regionis Mizpæ aut alterius vrbis: quia videlicet e-
rat principalior inter possessores illius territorij, sed in ter-

LII. iii ritorio

NEHEMIAE

sectorio Ierusalem erant duæ partes: & ideo duo principes, in aliis autem viribus unus princeps inter possefiores territorii. Et iuxta eos adificauit Ieda'ia filius Charum Aph contra domum suam: & iuxta cum adificauit Chattus filius Chasabne'ie. Medianam autem partem vici, iuxta Hebreum habet. Mensuram secundam adificauit Malchi'ia filius Charim & Chassub filius Pachash'moab: & turrim furnorum. Insinuatur hinc quod in multis mensuras distinctus erat adificandus murus: alioquin non diceretur quod mensuram secundam adificauit &c. qualis autem esset ordo mensurarum (an vide licet secundum longitudinem muri ad secundum altitudinem eiusdem) non dicitur: subiunctis tamen quadrat ut de mensura secundum altitudinem sit sermo. Et iuxta cum adificauit Sallum filius Haloches princeps dimidia regionis Ierusalaim: ipse & filiae eius.

Portam valis adificauit Chanun & habitatores Zanoach, ipsi adificauerunt eam & statuerunt valvas eius & seras ac velles eius: & mille cubitos in muro usque ad portam stercois. Et portam stercois adificauit Malchi'ia filius Rechab, princeps regionis Beth'hacharem: ipse adificauit eam & statuit valvas eius & seras ac velles eius. Et portam fontis adificauit Sallum filius Cholchoe'ie princeps regionis Mizpe, ipse adificauit eam & textit eam, & statuit valvas eius & seras ac velles eius: & murum piscinæ Siloe in horru regis. Iuxta Hebreum habet. piscinae pomarij in borto regi. loca tamen hæc hodie sunt ignota. & usque ad gradus descendentes de cinitate David.

Post eum adificauit Nechem'ia filius Asboth, ad differentiam Nehemias ducis scriptoris libti huius. ille enim fuit filius Chachali: iste autem fuit filius Hazbuc iuxta hebraicam veritatem, princeps dimidia regionis Beth' zur: usque contra sepulchrum David, & usque ad piscinam que grandi opere constructa est. iuxta Hebreum habet. & usque ad piscinam factam. sed interpres exposuit. & usque ad domum fortium. Post eum adificauerunt Lenita Rechum filius Banu: iuxta eum adificauit Chasab'ia princeps dimidia regionis Cehile in regione sua. Post eum adificauerunt fratres eorum, Bauuai filius Chenadad: princeps dimidia regionis Cehile. Et adificauit iuxta eum Heser filius Lesuah princeps Mizpe mensuram secundam: contra ascensum armorum anguli. Si secundum longitudinem muri distingueretur ordo mensurarum, dicendum fuisset mensuram tertiam: quoniam initium secundæ mensura adificatum ab alio fuisset descriptum fuisset prius, sed de mensura

de mensura secundum altitudinem intelligendo, laudantur aliqui quod adificauerunt muri altitudinem iuxta secundam mensuram, adificantibus alius murum iuxta primam duntat mensuram. prima enim mensura secundum altitudinem fuit (vt infra subiungitur) parva altitudinis: studebant enim primum ad cingendum Ierusalem muro licet modo: quo peracto, iterum adificauerunt ad eleuandum in altitudinem virbis muros. & hæc appellatur mensura secunda: quam aliqui in portione sua fecerunt prima vice. Et sic intellige quoties scribitur in hoc capitulo de aliquibus quod adificaerunt mensuram secundam.

Post eum adificauit Baruch filius Zacchai mensuram secundam: ab angulo usque ad portam domus El'iasib sacerdoti magni. Post eum adificauit Meremosh filius Vri'ie filii Hacor, mensuram secundam: à porta domus El'iasib usque ad finem domus El'iasib. Et post eum adificauerunt sacerdotes, vii de capistris Iarden. Post eos adificauit Biniamin & Chassub contra domum suam. Post eos adificauit Hazar'ia filius Mahaj'ie filii Hanan'ie iuxta domum suam. Post eum adificauit Binnui filius Chenadad mensuram secundam: à domo Hazar'ie usque ad flexuram & usque ad angulum. Post eum adificauit Palal filius Vzai contra flexuram & turrim que eminet de domo regis excelsa, que est ad atrium carceris: post eum Peda'ia filius Par'hoi. Nethinei autem habitabant in Hophel: usque contra portam aquarum ad orientem, & turrim prominentem. Post eum adificauerunt Thecohite mensuram secundam: à contrarium magnam prominentem usque ad murum Hophel.

Desuper portam equorum adificauerunt sacerdotes, unusquisque contra domum suam. Post eos adificauit Zadoc filius Immer contra dominum suum: & post eum adificauit Semah'ia filius Sechar'ia custos portæ orientalis. Post eum adificauit Chanani'ia filius Sele'ie, & Chanun filius Zalaph sextus mensuram secundam: post eum adificauit Mefullam filius Berech'ie contra gazophylacium suum. Post eum adificauit Malchi'ia filius aurificus usque ad domum Nethiniorum & negotiatorum: contra portam iusticialem & usque ad canaculum anguli. Et intra canaculum anguli ad portam ouium adificauerunt artifices & negotiatorum.

CAPVT IIII.

Factum est autem eum audisset Sanballat quod adificaremus murum, iratus est malde: & motus nimis. Iuxta heb. habet. & irritatus multum, turbatio enim animi significatur

Lil iiiij instar

justar irritati. & subsannauit Ichudeos. Et dixit coram fratribus suis & frequentia. Iuxta Heb. habetur. & exercitus Someron publica enim oblocutio significatur. & dixit quid Ichudei imbecilles faciunt? non dimittent eos gentes? Superfluit gētes. sensus tamen est. nunquid tot nationes in circumitu inimicæ Iudeorum permittent eos ædificare menia Ierusalem? num sacrificabunt? Et est sermo de sacrificio solito in consummatione meum. & complebunt in una die? Iuxta Hebreum habetur. nunquid complebunt hodie? hoc est tam citò ut non possint impeditri. nunquid ædificare poterunt. Iuxta heb. habetur. nunquid significabunt lapides de acervis pulueris. & ipsi combusti sunt? Penuria lapidum ad ædificandum murum tagitur. in hoc quod oportet Iudeos acervos lapidum resolutorum in puluerem (quia combusti fuerant quando Ierusalem destrutta fuerat) uiuiscere; hoc est redigere in pristinam lapidem soliditatem ac robur poterunt? Et Tobi'ia Hammonites erat apud eum. & dixit: ædificant. si ascendens vulpes transiliet. Iuxta Hebreum habetur. rumpet murum lapideum eorum. Tam fragilis manus iudicatur irridendo ut à vulpe possit frangi.

Et dixit Necho'ia. Hęc verba addidit interpret̄ pro claritate continuandæ literæ in hebræo enim absq; hac continuatione statim subiungitur. Audi Elohe noster quod sumus despectui. Et est proculdubio oratio Nehemias. & conuerte opprobrium eorum in caput eorum. Nō est desideriū procedēs ex odio hominum. sed virtutē: supplicat enim pro diuina iustitia ex odio peccatorum. et da eos in despectionē in terra captiuitatis. Deficit. corum. precatur enim ut fiant captiui. & experiantur opprobrati ab aliis. Et ne operias iniquitatē eorū. quo ad pœnā. & peccatum eorum à facie tua non deleatur: quia irriferunt ædificantes. Nō supplicat ut deus nō ignoscat peccatum penitentibus. sed ut perfeueratiū peccatum non regatur impunitate eorum: & similiter quod non deleatur. quantū ad pœnā. Aedificauimus mūrū. & coniunximus totum murum usque ad portā dimidiā. Iuxta Hebreū habetur. usque ad dimidiū eius; & fuit cor populo ad faciendū. Duo dicuntur: alterum quod coniunctus est mūrus totus. alterum quod usq; ad medium eius. ut intelligamus quod colligatus est totus secundum longitudinem. sed usque ad dimidiū secundum altitudinem. & hoc ædificium fuit prima mensura: & propterea accensum est cor populi ad ædificandum secundam mūrorum mensuram.

Et fuit cum audisset Sanballat. & Tobi'ia. & Harabes. & Hāmonita. & Asdodii quod obducta esset cicatrix muris Ierusalaim. Methaphoritus iste sermo declaratur proprietate verborum. cūm subiungitur. quod capissent interrupta concundi. Et dicit coepissent. quia primæ tantū mēsuræ interrupta erat conclusa & supererat claudere interrupta secundæ mensuræ. irati sunt valde. Et congregati sunt. Iuxta heb. habetur. Et coniurariū omnes ipsi pariter ut venirent ad pugnandum contra Ierusalaim. Sententia est clara. & ut molirentur insidias. Iuxta heb. habet. & ad faciendum ē destructionem. ad funditus destruendum Ierusalem coniurauerunt. Et orauimus ad Deum nostrum: & posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos. Iuxta hebreum habet. super eos die ac nocte à facie eorum. Et est sensus quod posuerunt in certis locis custodes obseruatores ad defendēdum Ierusalem à facie eorum. Dixit autem Ichuda. hoc est Iudai cus populus considerans debilitatem suarum virium & magnitudinem ruinæ. debilitas est fortitudo portans. & humus nimia est. Hebraeū habetur. & puluis multus. Et est sermo de illa pulueris specie qua cémentarii vtuntur miscentes cū calce: magna enī quantitate opus esse significatur. & nos non poterimus ædificare murum. Et dixerunt hostes nostri: nesciāt & nō videat donec veniamus in mediū eorū & interficiamus eos. & cessare faciamus opus. Et fuit cum venissent Ichudei qui habitabant iuxta eos: & dixissent nobis decem vicibus ex omnibus locis quibus vene rant ad nos. machinationes inimicorum nostrorum. Tobi'ia & reliquorum. Statui in loco post murum per circumitum. Iuxta hebreum habetur. Statui ab inferius loco post murum in rupibus. Ut inferius dicetur Ierusalem non erat adhuc ædificata quo ad domos nisi paucas & propterea in loco post murum erant alicubi rupes & alicubi loca ima in quibus statuit Nehemias pugnatores. ita q; nec in rupibus duntaxat. sed etiam in locis inferioribus post murum pugnatores posuit. Ita quod sensus literæ est. quod in loco post murum inchoado ab infimis posuit pugnatores & in rupibus. populū in ordine. Iuxta hebreū habetur. populū per familias. Modus quo distribuit pugnatores. narratur. cum gladiis suis. lances suis & arcubus suis. Et vidi & surrexi. & dixi adoptimates. & ad magistratus. & ad reliquam partem populi: non timeatis à facie eorum. domini magni. & terribilis mementore. Dic̄o interpretata domini ēt nomen a donai. fiducia in summo domino locanda proponitur. & pu gnate

NEHEM'IAE

gnate pro fratribus vestris, filiis vestris & siliabus vestris, uxoribus vestris & domibus vestris.

Et fuit cum audiens inimici nostri quod nunciatum esset nobis, dissipauit deus consilium eorum. Nomen est Elohim. & reuersi sumus omnes ad murum, unusquisque ad opus suum. Et fuit a die illa, dimidia pars iuuenium eorum. Legendum est. meorum faciebat in opere, & dimidia pars eorum parata erat ad bellum, & lancea, & scuta, & arcus, & lorice. distinguit enim inter suos & domum Iudee: narrando quod pueri sui distincti erant in partes aequales, ita quod medietas oceupabatur in opere & medietas in armis: domus vero Iudee distincta erat sic quod principes manebarant post, & vniuersus populus Iudee vacabat aedificatio- ni murorum. & propterea corrigenda esset litera & legendum. & principes posse omnem domum Iehudae aedificare murum. Et hic fuit punctus: nam sic habetur in hebreo. exponendo siquidem locum principum dicitur post omnem domum Iudee aedificantes murum. Deinde immediate sequitur. Et portantes onus ac onerantes: una manu sua facientes opus, & altera tenentes gladium. Et aedificantum unusquisque gladio suo erat accinctus super lumen- bos suos & aedificantur. Describitur enim qualiter omnes erant armati tam portantes onera & onerantes quam aedificantes, diuersimode tamen: quia illi habebant arma ad manus, isti autem accincti erant gladio. & clangebant buccina. Iuxta Hebreum habetur. & sonator cornu iuxta me. Non significatur quod aedificantes clangent buccina, sed quod tibi cines erant iuxta eum. Et dixit ad optimates & ad magistratus & ad reliquam partem populicopias multam & latum est, & nos separati sumus in muro procul unusquisque ab alio. In loco quo audiueris sonum tubae, illuc concurrete ad nos: deus noster pugnabit pro nobis. Et nos faciamus opus: & media pars nostrum tenet lanceas. Iuxta Hebreum habetur, & medietas eorum tenet lanceas. Dixerat superius quod armati erant gladiis: describit modo quod media pars eorum habebat etiam lanceas. Quod autem sequitur. ab ascensi aurora donec egrediantur astra. non significat tempus tenendi lanceas, sed tempus quo operabantur ad fabricam murorum. Ita quod ordo literarum est, & nos facientes opus ab ascensi aurora usque ad exitum stellarum. Per modum autem parthes thesis legendum est & media pars eorum tenet lanceas. lanceis enim opus erat non minus nocte quam die: sed indefessus labor ab aurora usque ad noctem circa fabricam, & descri- ptus est & describendus erat.

CAPVT V.

454

Estiam tempore illo dixi populo: unusquisque cum pueru suo maneat in medio Ierusalaim. Sententia huius mandati est ut non exiret ex Ierusalem, sed quilibet paterfamilias cum uno saltu iuuenie maneat in medio (hoc est intra) Ierusalem. hoc enim oportuit ordinari ne multitudine exirent ad agros, ciuitas absq; defensoribus remanerent. & sint vobis vices per noctem & die ad operandum. Iuxta heb. habeat. & fuit nobis nox custodia, & dies opus. Et est sensus quod nocte expendeant custodiendo ciuitatem ab hostibus, diem autem operando ad aedificandum murum. Egoip; & fratres mei, & pueri mei, & custodes qui erant positi me, non deponebamus vestimenta nostra: unusquisque tantum nudabatur ad baptismum. Graeco vocabulo visus est interpres, cum tamen hebraicè habeatur. ad aquam. Nec significatur lauacrum personæ, sed ablutio camisia, nec in texu hebreo habetur exceptio, sed negativa, non nos spoliante vestes nostras: vir camisiam suam ad aquam, negotio enim praeposta negat spoliacionem vestium usque ad camisiam abluendam aquis: ita quod nec propter abluendum camisiam tempore solito se exuebat, sed diutius tolerabat.

CAPVT V.

Vit autem clamor populi & uxorum eorum magnus contra fratres suos Iehudæos, Tumultus exortus inter ipsos Iudeos narratur ob penuria qua operabantur pauperes. Et erant qui dicerebant: filii nostri & filiae nostre multæ sunt nimis. Superfluit nimis. accipiamus pro precio eorum frumentum & comedamus & vivamus. Et erant qui dicerebant: agros nostros & vineas nostras & domos nostras opponamus. Iuxta heb. habeat. in pignus tradamus, & accipiamus frumentum in famam. Et erant qui dicerebant: multum sumamus pecunias in tributâ regie, demusq; agros nostros & vineas nostras. Alii viderunt filias & filios, alii agros, vineas & domos in pignus dare, alii tributarios agros & vineas a rario regis efficere proponebant; quemadmodum in Aegypto tempore Joseph. Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum sunt carnes nostre, sicut filii eorum sunt filii nostri. Et est vox querula: quod videlicet per hoc quod venerunt ex Babylone in Ierusalem non sunt assecuti libertatem sic quod possint seruare se liberos, sed sunt similes illis qui remanserunt sub regno Persarum serui, hoc enim significant dicendo & nunc carnes nostræ sunt sicut carnes fratrum nostrorum, hoc est Israelitarum qui remanserunt in servitute & similiter filii nostri sunt sicut filii illorum.

ecce

NEHEMIAE

ecce nos subiugauimus. Iuxta Hebreum habetur. & ecce nos te-
nemus filios nostros & filias nostras in seruos. Rationem primā red-
dunt similitudinis ex eo quod coguntur ob penitū dare fi-
lios suos & filias suas in seruitutem. & de filiabus nostris sunt
serua nec habemus unde possint redimi. Secundam rationem red-
dūt, ex eo quod de facto iam sunt aliquæ eorum filii in ser-
uitutem redactæ nec supererūt facultates ad redimendū eas.
& agros nostros & vineas nostras alij possident. Tertiam reddunt
rationem ex eo quod etiam multis agros & multas vineas
eorum possident alij.

Erit ita sum valde cum audirem clamorem eorum & verba ista.
Cogitauitque cor meū tecum, & incipiens optimates & magis-
tratus, & dixi eis: usuráne singuli à fratribus vestris exigitis? Iuxta
Hebreum habetur, onus unusquisque in fratre suo vos onerantis,
subaudi estis. Verè enim grauabant fratres iusos onere ex-
actionis: & cum carerent pauperes unde soluerent, tollebat il-
lorū agros, vineas, domos. & congregauit adversus eos concionem
magnam. ut si non mouerentur monitione ipsius, moueretur
ob congregatā multitudinē cōtra eos. & dixi q̄: nos vt scītis.
Superfuit vt scītis. redemimus fratres nostros Iehudeos qui ven-
diū fuerant gentibus secūdum possibilitem nostram, & vos igitur
vendite fratres vestros & ememus eos. Legendum est. & vos ven-
detis fratres vestros & vēderent nobis redimentib⁹ eos. Et sunt
verba increpantis avaritiam diuitum opprimētium pauperes
Iudeos. & legendum est interrogatiō: & est sensus, & vos
eritis causa quod vendantur fratres vestri vt nos redimamus
illos? & siluerunt, nec insenerunt quod responderent. Et dixi, non est
bona res quā faciū: nōnne in timore Dei nostri ambulabit⁹, ne ex-
probretur nobis à gentibus inimicis nostris? Et etiam ego, fratres mei
& pueri mei mutauimus eis pecuniam & frumentum: non repeta-
mus in commune istud, as alienum concedamus quod debetur nobis.
Iuxta Hebreū duntaxat habetur. tēlinquemus quo se onus istud.
Reddite quo se hodie agros eorum, vineas eorum, oliueta eorum &
domos eorum. Ab exemplo proprio inuitat eos ad condonan-
dum debita à pauperibus. quin potius. Superfluit ista dux dī-
ctio[n]es. & cēlesimam pecunia & frumenti, viñi & olei quam exi-
gere soletis ab ei, date pro illis. Superfluit date pro illis. Et dixer-
unt, reddemus, & ab eis nihil queremus, sicq; faciemus vt loqueris.
Vtūque promittū: & reddere bona immobilia & non exi-
gere centesimam. & vocauis sacerdotes, & adiunquā eos vt facerēt

iuxta

CAPVT V.

45

iuxta quod dixeram. Hinc appetet avaritia sacerdotū, quorum
non legitur responsio liberalis. Insuper sinum meum excusi: &
dixi, sic excusat Deus omne virum qui non adimpluerit verbū
istud de domo eius & de laboribus eius, & sic sit excusus & vacuus.
Dictio interpretata Deus est nomen Elohim. adiecit enim
imprecationem, vt vel sic timerent diuinam ultionem. & dia-
xerunt totus catus amen, & laudaverunt dominum, & fecit populus
sicut erat dictū. Suspicio executionē dictorū attribui populo,
ad excludēdū aliquos primates qui minus hoc executi sunt.

Etiam a die qua precepit mihi rex vt essem dux in terra Iehudæ
ab anno vigesimo usque ad annum trigesimum secundum Artaxer-
xi regis (per annos duodecim) ego & fratres mei annonas que du-
cibus debebantur non comedimus. Rēctē redditur sensus: quāvis
hebraicē breuitatē habeatur, panem ducis non comedis. sub pa-
nis nomine cibum & potum comprehendens. Duces autē pri-
mi qui fuerant ante me grauauerunt populum, & acceperunt ab eis
in pane & vino & pecunia quotidie. Iuxta Heb. habetur, postea
argēti siclos qua flaginta, narratur enim non quod priores du-
ces acceperint simul panem & vinum & pecuniam vt vulga-
ra æditio sonat sed quod acceperunt primum vici in pane
& vino, hoc est in rebus comestilibus &c. postea mutata sen-
tentia acceperint non in pane & vino, sed in pecunia. Qui au-
tem fuerint isti duces priores, scriptura non dicit. sed & mi-
nistri eorum depresso[n]erant populum. Quāvis Hebraicē habeatur.
etiam pueri eorū dominati sunt populo. sententia tamen rectē redi-
cta est: eo q̄ ministros dominati populo, est deprimere po-
pulum. ego autem non feci ita propter timorū Dei. Nomen est
Elohim, timor enim summi iudicis significatur. & etiam in op-
ere muri huius adiuvavi, & agrum non emi. Legendum est, non
emimus. vt intelligamus quod nec ipse nec sui emerūt agrum
alienum, priuado iudeos pauperes agris suis ad augendum
multitudinem agrorum ad se & omnes pueri mei cōgregati erāt
ibi ad opus. Iehudæ quoque & magistratus centum & quinqua-
ginta viri) & qui veniebant ad nos de gentibus que in circuitu no-
stro sunt in mensa mea erant. Liberalitas principis describitur.
Parabatur autē mihi per dies singulos hos unus, ones sex electa, ex-
ceptis volatilib⁹: & inter dies decem vina diuersa & alia multa
tribuebam. Iuxta Hebreum habetur. & intra dies decem in o-
mni vino ad multitudinem. Quid significet omne vinū ad mul-
titudinem, facile intelligitur. quandoquidem significantur
multe

NEHEMIAE

multæ species vini: non quod aliqua species vini restricta est ad unicum haustum singulorum in mensa (ut consuevit maluaticum in primo tantum haustu dari) sed q[uod] quilibet vini species porrigebatur multiplicatis vicibus, ut cuique gratu erat. Veru non tam facile intelligitur quid sibi velit numeratio decem dieru. crediderim ego significari quod undecimo quoque die inchoare oportebat alias vini cuiusque generis vegetes ut intelligam⁹ quod singulis decem diebus bibeatur singulorum generum vini singula dolia quæ magnu numerum doliorum magnoru constituebat. insuper & annonas ducaus mei non quasui. luxta hebraeum habetur. & cum hoc panem ducis non quasui. & cum tanta liberalitate erga Iudeos & aduenas, panem mihi debitum ratione ducatus non quasui. valde enim attenuatus erat populus. luxta Hebraeum habetur, quia grauis erat servitus populo huic. commiseratio enim describitur. Memento mei Dei misericordie in bonum, secundum omnia que feci populo huic. Quia propter Deum miserebatur populi, suplicat Deo ut gratum sit illi opus eius.

CAPUT VI.

EActum est autem cum audisset Sanballat & Tobi'ia & Gesem Harbites & ceteri inimici nostri quod edificarem murum, & non esset in ipso residua interruptio, tamen prima muri mensura quam in secunda: completa eni scribitur tota muri fabrica. & usque ad tempus illud valias non posueram in portis. Misserunt Sanballat & Gesem ad me dicendo, veni & percutiamus fœdus pariter in vitulis in campo uno. luxta hebraeum habetur. in Chephirim in capitulo Ono. Nomina sunt propria locorum. ipsi autem cogitabant facere mihi malum. Et misi ad eos nuncios dicendo: opus grande ego facio & non possum descendere, ne negligatur opus cum venero & descendero ad vos. ideo enim præmisit q[uod] supererat portas munire valuis. Misserunt autem ad me secundum verbum hoc per quatuor vires: & respondi eis iuxta sermonem priorem.

Et misi ad me Sanballat iuxta verbum hoc quinta vice puerum suum: & epistolam apertam in manu eius. ad insuandum quod scripta in epistola non erant secreta. Scriptum erat in ea: in genibus auditum est, & Gaspar dicit quod tu, & Iehuda cogitabis rebellare, & propterea edifices murum, & quod leuare te velis super eos in regem. Et etiam quod prophetas posueris qui prædicet de te in Ierusalaim dicendo rex in Iehuda es: auditurus est rex verba haec, nunc igitur

CAPUT VI.

456

Igitur veni ut ineamus consilium pari erit. quid tibi agendum est ne haec perueniant ad aures regis & suspectus reddaris. Et misi ad eum dicendo: non est factum secundum verba haec quæ tu dicas, de corde enim tuo componis haec. Quia omnes ipse terrebant nos, cogitantes quod cessarent manus nostra ab opere & quiesceremus: quam ob causam magis confortauit manus meas. luxta hebraeum habetur. & nunc robera manum meam. Verba sunt Nehemias supplicantis Deo in hac machinatione hostium Samaritanorum aduersus eum.

Et ingressus sum domum Semah'ia filii Dela² ie. filii Mhetab³ et secreto. luxta Hebraeum habetur. & ipse clausus. erat enim propheta & concluderat se ipsum, ut suo claustru inuitaret Nehemiam ad claudendum seipsum: ut non solum verbo, sed facto prophetare videretur, ut veri prophetæ s[ecundu]m verbo & facto prophetauerant qui ait, tractemus nobiscum in domo Dei. luxta Hebraeum habetur. conueniamus ad domum Elohim ad medium templi & claudamus ostia templi, quia venient ad occidendum te, & nocte venient ad occidendum te. Sententia est clara. Et dixi, num quisquam simili mihi fugi? & quis est ut ego qui ingredietur templum & viuet? non ingrediatur. Primam rationem attulit ex indignitate fugax: quia ducem fugere ob timorem turpe est. alteram afferat quia indignus est vita (quia meretur occidi) dux abscondens se in templo ob timorem. Et intellexi quod Deus non misseret eum. luxta Hebraeum habetur. Et cognoui, & ecce non Elohim misit eum. Ab eventu subsecuto cognovit quod non fuit propheta ille missus a deo. non enim verificatum est quod dixit etat propheta: videlicet veteros esse nocte viros ut occident Nehemiam. Et huiusmodi notitia ab eventu significatur in litera dicendo & cognoui, non absolute, sed a demonstrato eventu subiungendo & ecce non eueniens quod dixerat. & tunc subditur res cognita, non Elohim misit eum, sed quasi vaticinans locutus est ad me, & Tobi'ia & Sanballat conduxerant eum. Non veram prophetiam, sed humanum vaticinium locutus fuerat conductus metcede a Samaritanis. Acciperat enim precium ut territus facerem. Desicit sic facerem sic, hoc est fugerem ad templum. & peccarem. contra rectam rationem agens. & haberent malum quod exprobrarent mihi. luxta Hebraeum habetur. & esset eis ad nomem malum, & opprobrarent mihi. Ecce quo tendebant: videlicet ad infamiam & opprobrium ipsius Nehemias, est enim sensus, & esset

NEHEMIAE

esset factum meum eis ad meum nomen malum. Memetō mēs Deus meus. Superfluit mēi. Tobi'ia & Sanballat iuxta opera eos
rum ista. & etiam Nohad'ia propheta & ceterorum prophetarum
qui terribant me. Orat non ut Deus memor sit eius: sed ut re-
cordetur Samaritanorum ad puniendum eos, ut meretur talia
corum opera, nec Samaritanorum duntaxat, sed etiā No-
had'ia propheta & aliorum terrentium eum.

Completius est autem murus vigesimoquinto die mensis elul, qui
apud Hebreos sextus dicitur mensis, inchoando annum à so-
le in arietate. quinquaginta & duobus diebus. Occurrit hic que-
stio: eo quod Iosephus lib. 1. in calce 5. cap. refert muros Ie-
rusalem spatio annorum duodecim fuisse constructos: quo-
modo ergo verificatur numerus iste quinquaginta duorum
dierum? Solutio est quod isti quinquaginta duo dies sup-
putantur non ab initio ædificationis muri, sed ab initio per-
fectionis muri: hoc est à principio quo incepérūt supremam
apponere manum, ponendo valvas in portis murorum. Nam
in principio huius capituli scriptum est quod: omnia interru-
pta muri cōclusa fuerāt, sed supererat ponere valvas in por-
tis. ab illo ergo tempore quod fuit tēpus perfectionis muri,
supputantur quinquaginta & duo dies. & propterea in litera
non dicitur ædificatum, sed finitum seu perfectum fuisse mu-
rum quinquaginta & duobus diebus. Iosephus tamē falsum
manifestē dicit, narrando quod anno vigesimoctauo Artax-
erxis completa sit fabrica muri: quoniam à vigesimo an-
no Artaxerxis (quo venit Nehemias, vt scriptura dicit)
usque ad vigesimunoctauum eiusdem non fluxerunt anni
duodecim. Factum est autem cum audissent omnes inimici no-
strī ut timerent. Iuxta hebreum habetur. Et fuit cum audie-
rent omnes inimici nostri, viderunt omnes gentes que in circumitu
nostro, auditui enim iungitur visus, & conciderent intra semet-
ipso, lucta hebreum habetur. & cōcidere valde in oculū fuisse
tanquam confusi & scirent. Iuxta Hebreum habetur. &
congnoverunt quod ab Elōbe nostro factum est opus hoc, quia nō pu-
tauerant Iudeorum facultates suppetere ad ratam fabricam.

Sed & in diebus illis multe optimati Iudeorū epistola mit-
tebantur ad Tobi'iam: & à Tobi'ia veniebant ad eos. Multi enim
in Iehuda habebant iuramentum eius: quia gener erat Sechan'ia
filii Arach, & Iochanan filius eius accepérat filiam M'sullam filię
Berech'ia. Sed & laudabant eum coram me, & verba mea nuncia-
bant

C A P V T . VII.

bant ei: & Tobi'ia mittebat epistolā ut terret me. Narratur pas-
fiones illatę Nehemias à principibus Indiorum confede-
ratis etiam vinculo affinitatis Samaritanis.

C A P V T . VII.

Rotquam autem edificatus est murus & posui valvas:
& ordinaui ianitores & cantores & Leuitas. Precepī
Chanan fratri meo & Chanan'ie principi domus de-
Ierusalem. Iuxta Hebreum habetur. principi pala-
tis super Ierusalaim. Crediderim ego significari palatium olim
regale in monte Sion, qui est supra Ierusalem ita quod est e-
tiam intra Ierusalem. ipse enim etat quasi vir retax & timēs Deum
pra multis. Et dixi eis, non aperiantur portae Ierusalaim usque ad ca-
lorem solis: cūque adhuc assisterent, clausa portae sunt & oppilate.
Iuxta Hebreum habetur. & donec ipsi stantes, facient claudere
valvas & capient. Primum mandatum fuit de tēpore aperiendi: hoc autem secundum est de tempore claudendi valvas ci-
uitatis, quod videlicet ipsis præsentibus claudantur & capiat
claves. & post custodes habitatores Ierusalaim, unumquenque
in custodia sua: unumquenque contra domum suam. Ciuitas au-
tem erat late longa & grandis, & populus parvus in medio eius: &
non erant domus edificatae.

Dedit autem Deus in corde meo, & congregavi optimates &
magistratus & populum ut recenserem eis: & inueni librum
genealogia eorum qui ascenderat primū. Hic liber est qui voca-
tur primus liber Hezdræ, & quæ subiunguntur sunt sumpta
ex cap. secundo primi Hezdræ: & propterea vide exposita
hæc ibidem. & inueni scripum in eo. Isti filii prosincie qui ascen-
derant de captiuitate transmigrationis quæ transmigrare fecit Ne-
bu'chadnezar rex Babel: & reuersi sunt in Ierusalaim & in Iehu-
dā, unusquisque in ciuitatē suā. Qui venerunt cū Zerubabel, Iesuah,
Nechom'ia, Hazor'ia, Rāham'ia, Nachamani, Mordochai, Bilsan,
Mispereth, Big'nat, Necho'ia, Bahana: numerus virorū populi Israel.
Filii Par'hos: duo millia centum & septuagintaduo. Filii Sephat'ia:
trecenti & septuagintaduo. Filii Arach, sexcenti & quinquaginta-
duo. Filii Pachath' moab de filiis Iesuah & Iob: duo millia & o-
ctingēti & octodēciim. Filii Helā milles ducēti & quinquagintaqua-
tuor. Filii Zattu, olingēti & quadragintaquinq; Filii Zaccāi, se-
ptingēti & sexaginta. Filii Binnui, sexcenti & quadraginta octo. Fi-
lii Bebai, sexcenti & viginti octo. Filii Haz'ghad, duo millia trecenti
& vigintiduo. Filii Adonica, sexcenti & sexaginta septē. Filii Big'nat,
duo

NEHEMIAE

duo millia & sexaginta septem. Filii Hadin, sexcenti & quinquaginta quinq;. Filii Ater de Iechizzi'a, nonaginta octo. Filii Chasum, trecenti & vigintio octo. Filii Bezai, trecenti & vigintiquatuor. Filii Chaph, centu' & duodecim. Filii Ghibbo, nonaginta quinq;. Viri Beth-lech'e et Netoph'a, centu' & octoginta octo. Viri Hanatoth, centu' & viginio octo. Filii Ber'haznaueris, quadraginta duo. Viri Cir'iath seharim Chephire & Beeroth, septingenti & quadragintatres. Viri Rama & Ghabah, sexcenti & vigintivnu's. Viri Michmas, centu' & vigintiduo. Viri Beth'el & Hai, centu' & vigintitres. Viri Nebo alterius, quinquaginta duo. Filii Hel'a alterius, mille duceti & quinquaginta quatuor. Filii Charim, trecenti & viginti. Filii Iericho, trecenti & quadraginta quinque. Filii Lod Chadid & Ono, septingenti & viginissimum. Filii Senae, tria millia nongenti & triginta.

Sacerdotes: filii Iedah'ie de domo Iesuah, nongenti & septuagintatres. Filii Immer, mille & quinquaginta duo. Filii Pashur, mille ducenti & quadraginta septem. Filii Charim, mille & septuaginta. Leuite: filii Iesuah de Cadmiel de filii Lehodeue, septuaginta quatuor. Cantores: filii Asaph, centum & quadraginta octo. Ianitores: filii Sallum, filii Ater, filii Talmun, filii Hac'e, filii Chatite, filii Sobai, centu' & triconta octo. Nethinei: filii Liche, filii Chasupha, filii Tababoth. Filii Ceros, filii Sihe, filii Padon. Filii Lebana, filii Chagaba, filii Salmai, filii Chan'an, filii Giddel, filii Gathar. Filii Re'iae, filii Rezin, filii Necode. Filii Gazam, filii Huzze, filii Paseach. Filii Besai, filii Mehumim, filii Nephusim. Filii Baubne, filii Chacupha, filii Charchur. Filii Barzilith, filii Mechide, filii Charse. Filii Barcos, filii Sisra, filii Thamach. Filii Nekach, filii Catipha. Filii seruorum Selomonis: filii Sotai, filii Sophereth, filii Peride. Filii Iahale, filii D'arcon, filii Giddel. Filii Sepher'ie, filii Chatil, filii Pochereth de Zeba'ium, filii Amon. Omnes Nethinai & filii seruorum Selomonis: trecenti & nonaginta duo.

Et isti ascendentis de Thel'melach Chel'marya, Cherub Addan & Immer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum & semen suum an ex Israe'l essent. Filii Dela'ie filii Tobi'ia, filii Necode: sexcenti & quadraginta duo. Et de sacerdotibus, filii Chab'aie, filii Haccoz, filii Barzillai qui accepit de filiabus Barzillai Gilhaditis uxorem, & vocatus est nomine eorum. Isti quae scrierunt scripturā genealogia sua & nō inuenierunt: & sic illi sunt à sacerdotio. Et dixit Thirsatha eis ut non comedenter de sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos in Vrim & Thummim.

Tota congregatio quasi vir unus: quadraginta duo millia, trecenti

CAPVT VIII.

458

Sexaginta. Prater seruos & ancillas eorum, qui erant septem milia recenti & triginta septem: & eis erant cantores & cantatrices ducenti & quadraginta quinque. Equi eorum septingenti & triginta: muls eorum ducenti & quadraginta quinque. Camelii quadrangenti & triginta quinque: asini sex millia, septingenti & vigineti. Hucusque referuntur quid in commentario scriptum fuerit, & in Nehemia historia texitur: Hæc clausula nescio à quo adiecta est & inserta textui.

Nonnulli autem de principibus familiarium dederunt in opus. Si-milia sunt hæc illis quæ apud Hezdram habentur, nō tamen sunt eadem quia ibi de opere fabricæ templi, hic de opere fabricæ muri ciuitatis & opportunitis ad templo cultum est sermo: ibi nō erant Nehemias & Hezdras præsentes, hic autem erat ambo præsentes. Thirsatha dedit in thesaurum auri drachmas mille, malluna quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas & triconta. Iste Thirsatha est ipse Nehemias: vt in sequenti capitulo dicitur. Et de principibus familiarium dederunt in thesaurum operis, auri drachmas viginii millia: & argenti minas duo milia & ducentas. Et dedit reliquus populus, auri drachmas viginis millia, & argenti minas duo millia. & tunicas sacerdotales sexaginta septem. Aequalis summa scribitur apud Hezdram quo ad aurum: eo quod hic tres summae sunt: videlicet una drachmarum mille, altera viginti millia, & tercia viginti millia. illic autem una fit summa omnium quadraginta millia & mille. Circa argenti vero pondus illuc unica summa fit quinque millia minarum: hic autem duas summae ascendentes ad quatuor millia & ducentas minas, sed tunicas sacerdotaliū longe maior numerus oblatus hic scribitur. Habitauerunt autem sacerdotes & Leuite & ianitores & cantores & de populo & Nethinai & totu' Israe'l in ciuitatibus suis.

CAPVT VIII.

Amq; venerat. Iuxta Hebreum habetur. Et attigit mensis septimus. Quoto anno fuerint gesta hæc nescitur. Scenophegia sub Hezdra & Nethem'ia. Non habentur hæc in Hebreo: sed addita sunt, veritatem tamen continent. & siq; Israe'l erant in ciuitatibus suis. Congregatusque est totus populus tanquam vir unus ad platem que est ante portam aquarum. Locus in specie describitur. & dixerunt Hebrei scriba vi afferret librum legis Mosis quam precepit dominus Israe'l. Ecce præsentia Hezdra.

Mm' q; Et

Et attulit Hēzra sacerdos legem coram cōgregatione virotum & mulierum cunctisque qui poterāt intelligere. Iuxta Hebræum habetur. & omnis intellectus ut perpendamus in illo ceterū fuisse non solum vulgus promiscuū, sed etiam omnes literatos, qui intellectores vocantur, in prima die mensis septimi. Et legit in eo in platea que erat ante portam aquarum à mane usque ad medium diem in conspectu virorum & mulierum & sapientium. Eadem dictio est quæ interpretata est intellectores. & aures totius populi erant ad librum legis. Stetit autem Hēzra scriba super suggestum līcēnum quod fecerat ad loquendum: & steterunt iuxta eum Matthi'ia & Semah, & Hanai'ia, & Vri'ia, & Chilci'ia, & Mahas'ia ad dexteram eius, & ad sinistram eius Peda'ia & Misa'el, & Malchi'ia, & Chasum. & Chasbedana, Zechari'ia, Mesul'lam. Et aperuit Hēzra librum coram toto populo, quia supra totum populum eminebat: & cum aperuisset, stetit totus populus. Et benedixit Hēzra domino Deo voce magna. Iuxta Hebræum habetur. Iehouah Elohim magnus. Verba sunt Hezdræ, profidentis quod Iehouah (hoc est qui dat esse rebus omnibus) ipse est Elohim (hoc est iudex) magnus. & respondit totus populus. ad prædictam professionem. amen amen elevando manus suas, & incurvatis sunt & adorauerunt dominum facie in terram.

Porro Iesuah & Bani & Sereb'ia, Iamin, Haccub, Sabbathai, Hod'i'ia, Mahas'ia, Celita, Hazar'ia, Iorabah, Chanan, Pela'ia, & Leuita silentium faciebant in populo ad audiēdām legem. Iuxta Hebræum habetur. facientes intelligere populum legem. Et verè non aliter faciebant intelligere quam superintendendo ut populus cum silentio attenderet iis quæ legebatur Hezdras, populus autem stabat in loco suo. Et legerunt in libro legis Dei. Nomen est Elohim legislatoris. distinctè & aperte ad intelligendū. Iuxta Hebræum habetur. declarato: & apposito intellectus. Et est sensus quod legerūt in libro declarato cum appositione intellectus: hoc est quod nō solū legebatur distinctè proferendo cū debitis pūctis, sed etiā ubi opus erat declarando sensum, & veram sententiā verūq; intellectū sententiarū apponēdo: hoc enim faciebat Hezdras. & propterea subiungitur. & intellexerūt cū legeretur. Fructus doctrinæ significatur. Dixit autem Nehem'ia, ipse est Thirsatha. Hinc clarè habetur quod Thirsathē nomine significatur Nehemias. Aiunt autem Thirsatham esse dictiōne Chaldaicā, & esse nomen proprium: ac per hoc qui vocabatur hebraicē Nehemia, vocabatur Chaldaico nomi-

ne Thirsatha. & Hēzra sacerdos scriba & Leuita interpretantes populo. Iuxta Hebræum habetur. facientes intelligere populum. ad differentiā aliorum Levitarū quibus nō erat impositum hoc officium. toti populo: dies sanctificatus est domino Deo nostro. Parui refert quod Hebraicē habetur. dies sanctus ipse Iehouah Elohe vestro. hoc est mūdus & dicatus summo Deo est. nolite lugere & nolite flere. Valde amicū fuit interpreti verbum nolo: utpote adiectum millies sacræ scripturæ ubi non habetur. nā & hic legendum est. ne lugete & ne flete. Quēadmodum enim indecē est in die dicato terreno regi lugere & flere publicè, ita ex hoc quod dies ille dicatus erat summo deo, mūdus debebat esse à publico luctu & fletu. fletus enim totus populus cum audiret verba legis. Et dixit eis Nehemias dux. ite comedite pinguiam & bibite dulcia & mitite partes iū qui non preparauerunt sibi, quia sanctus dies domino nostro est: & non contristamini, quia gaudium domini est fortitudo vestra. Quia luctus & fletus populi non vanus nec mundanus erat, sed ad honorem Dei, agnoscente populo delicta propria, ideo ratio subiungitur non lugere quia placet Deo fortitudo populi, quæ deprimebatur luctu & fletu: & propterea monentur ut epulentur tanquam in die solenni, & communicent aliis qui non parauerunt sibi epulas. Leuita autem silentium faciebant in toto populo dicendos facete. luctus enim resonās perseverabat. quia dies sanctus est, & nolite dolere. Abiit itaque totus populus ut comedere & biberet & ut mitteret partes & ut faceret lætitia magnā: quia intellexerunt verba quæ docuerat eos.

Et in die secundo eiusdem mensis septimi. congregati sunt principes familiarium totius populi, sacerdotes & Leuita ad Hēzram scribam, ut interpretaretur ei verba legis. Et inuenierunt scriptum in lege, quod præcepit dominus in manu Mosis ut habent filii Israhel in tabernaculis in die solenni. Iuxta Hebræum habetur. in festiuitate. non enim unus dies erat, sed vna erat festiuitas tabernaculorum. in mense septimo. Et ut predicēt & diuulgent vocem. Iuxta Hebræum habetur. Et qui facient audire & facient transire vocem. Et est sermo mūtulos: subauditur enim prouiderunt. Et est sensus quod ordinauerunt aliquos qui facient audire &c. in omnibus ciuitatibus eorum & in Ierusalaim dicendo, egredimini in montem & afforte frondes oliua & frondes ligni olei & frondes myrti & frondes palmarum & frondes ligni nemorosi: ad faciendum tabernacula sicut scriptum est. Et

egressi sunt populus, & attulerunt & fecerunt sibi tabernacula non quisque in domate suo. Iuxta Hebraum habetur. super regnum suum. habent enim ibi dominus suprema recta pavimentata sub diuo. & in atris suis & in atris domus Dei. Nomen est Elohim. & in platea parte aquarum & in platea porta Ephraim. Fecerunt ergo totus caetus qui sedierunt de captiuitate tabernacula & habitauerunt in tabernaculo, non enim fecerant à diebus Iesuah filii Nun talia. Legendum est. sic filii Israel usque in diem illum. Occurrit hic quæstio, tum quia tempore Salomonis celebrata est solennitas tabernaculorum: ut pater 3. Reg. 8. & 2. Paralipomenon 7. tum quia tempore Zorobabel ante fundatum templum fecerunt festum tabernaculorum: ut scribitur 1. Hezdræ cap. 1. quomodo ergo verificatur quod à tempore losua usque in diem illum non fecerint sic filii Israel.

Solutio est quod litera non dicit festum tabernaculorum omisso fuisse à tempore losua usque tunc, sed dicit non fecisse sic filios Israel à tempore losua usque tunc modus ergo similis negatur. In quo autem consistit iste modus, iuxtam ex litera colligitur cōsistit in duabus alterū est quod etiā super recta fecerunt hoc festū: hoc enim nusquam alias legitur factū, alterū est quod quotidie cum gaudio diuinæ lectionis hoc festum celebrarūt: quod etiā nusquam alias factū legitur. Sit autem mētio dierū losua, nō quod à tempore losua fuerit festum hoc celebratū sic: sed ad significandum quod à tempore quo ingressus est Israel in terrā promissionis duce losua non est factū sic, & fuit letitia magna valde. Legit autem Hesychius in libro legi per singulos dies à die primo usque ad diem nouissimum: & fecerunt solennitatem septem diebus, & in die octauo collectam iuxtarūt. Dictione hebraica nō significat collectam, sed potius frequentia à constrictione nominata: & est illamet quæ scribitur Leui. 2. 3. vbi decernitur festum huius octauo dici. cōcurrunt enim frequēs tanquam certatim offerentiū, constringendo se in vicem fieri solet: & propterea dies octauus appellatus est constrictio seu frequentia.

C A P . IX.

N die autem vigesimoquarto. An hoc fuerit illo comedem anno, nō est certum: nam cum subiungitur, mensis huius, potest per pronomen demonstrari vel ille met mensis illius anni vel mensis septimus: sed parui refert utrum verum fuerit. conuenerunt filii Israel in ieiunio & facili. Transacto tempore festiuitatis qua-

terminata

terminabatur die vigesima secunda mensis septimi (quam festiuitatem non oportebat facere in Ierusalem, sed ubique licet hebat) conuenerunt die vigesima quarta cum signis penitentiae: conuenerunt autem (ut præsentia Levitarum in suo loco insinuat) in Ierusalem. & humus. Iuxta heb. habetur. & terra super eos. ne quis terram aquæ mixtæ intelligere: puluis enim terra loco cineris super eos erat. Et separati est semen Israel. Hinc apparet quod usque ad tempus Nehemias nō prævaluuit Hezdras ad separandum Israhelitas ab extraneis. ab omnibus filio alienigena. Parui refert quod hebraicè habet. ab omnibus filiis alienigenis. Et quia non dicitur quod separati sunt filii Israel ab uxoribus alienigenis, nec dicitur quod eiecerūt filios quos genuerunt ex alienigenis uxoribus, separatio ista sic in generare descripta (videlicet ab omnibus filiis alienigenis) ambiguum relinquit intellectum, certum tamen est quod separati sunt à coniugiis contrahendis cum alienigenis: & propterea significanter dicitur separatum esse semen Israelitarum ab alienigenis. Semen enim ad futuram spectat generationem: & propterea separatio hæc est à contrahendis cōnubiis cū alienigenis. Et eadem ratione à contractis cum alienigenis coniubis, si tamen adhuc alienigenæ quo ad cultum Dei uxores essent: alioquin non verificaretur quod semen filiorum Israel fuit separatum ab omnibus filiis alienigenis: & hoc sufficit ad verificationem literæ. & steterunt, & confessi sunt peccata sua & iniquitates patrum suorum.

Et consurrexerunt ad stendum. Iuxta Heb. habetur. Et surrexerunt super locum suum. prius enim confitentes & lugentes genuflexi vel prostrati erant: & postea surrexerunt super locum suum. & legerunt in libro legi Dei sui quater in die. Iuxta Hebrai habetur. quarta diei. Et est sensus quod quarta parte diei vacabant lectioni legis. & quater in nocte confitebantur & adorabant dominum Deum suum. Iuxta Hebraum habetur. & quarta confitentes & adorantes Iehouah Elobus suum, hoc est & altera quarta diei vacabant confessioni peccatorum & adorationi summi Dei. Crediderim ego has quartas diei non fuisse contiguas, sed alteram mane, alteram vespere: reliquum autem diei occupabatur in aliis. Surrexerunt autem super gradum Levitarum. Locus cælsior decretus Levitis significatur. Iesuah, & Bani, Cadmiel, Seban'ia, Banni, Serch'ia, Bani, Chenani: & clamauerunt voce magna ad dominū Deum suum. Et dixerunt

Mmm iiiij Lenita